FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis, sive Monita, Omnibus ac ...

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XCVIII. In allegandis Scripturae libris & capitum numeris non sit nimius.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

Visual Library

Concionatore recenſeantur, retentis tantum illis verbis formalibus, quibus ſingularis emphaſis & ἐνέργεια ineſt, quod & ab ipſis Apoſtolis aliquoties factum, Actor. XV. 15. Rom. XI. 26. & alibi.

XCVIII.

In allegandis Scripturæ libris & capitum numeris non ſit nimius.

Ἐξήγησις.

QUidam Eccleſiæ Miniſtri S. Scripturæ libros & capitum numeros toties exprimunt, quoties non modò ex profeſſo locum Scripturæ teſtimonii ergò allegant, ſed etiam, quando ſaltem ad textum aliquem alludunt, & cum Scripturâ loqvuntur. Aſt nimiâ illâ ac innumerâ locorum Biblicorum & capitum numeri allegatione, periodi interrumpuntur, ſenſus verborum diſtrahitur, & auditorum intellectus & memoria turbatur, atque ſic omnis ſermoni gratia perditur. Rectè *Rebhan* Concionat. cap. IX. monit. 19. pag. 368. *Tàm crebrâ*, inquit, *interruptione, quæ fit per tot allegationes Scripturarum, turbatur tàm Doctoris, quàm Auditorum memoria, peritque ſenſus.* Uti verò nimia & crebra librorum & capitum Scripturæ S. citatio inanis eſt & ſupervacanea, ita verſiculorum &

pagellarum in Cathedrâ Eccleſiaſticâ allegatio eſt planè abſurda, 1. quia per ſe nec probat, nec illuſtrat, 2. memoriam Oratoris ſimul & Auditoris turbat, 3. ſpeciem puerilis oſtentationis præ ſe fert, 4. Tempus fruſtra terit. 5. Lutheri, Chemnitii & graviſſimorum Eccleſiæ Doctorum exemplis repugnat, ut obſervat *Dn. D. Olearius* Orat. Eccleſ. Lib. I. cap. 3. pag. 67. Improbamus proinde illam puerilem quorundam conſvetudinem, ad ingenii & memoriæ glorio-lam aucupandam potiùs, quàm ad auditorum ſalutem promovendam ſpectantem, quâ ad omnia & ſingula verba ex Bibliis petita Liber & caput allegatur, atque an in principio ſit, an in medio, an in fine, indicatur. *Priſcis ſatis erat dicere*, inquit *Eraſmus* Lib. III. Eccleſiaſt. pag. 796. Oper. T. V. *Quemadmodum docet Paulus ſcribens Romanis, aut ſicut in Evangelio Matthæi loquitur Dominus. Quod ſi ſententia talis eſt, ut fide ſit caritura, niſi confirmata certo Scripturæ teſtimonio, tum haud intempeſtivum fuerit, eam citandi diligentiam adhibere.* Sed & illud improbandum maximè, (ut benè monet *Rebhan* loc. cit.) quod Præcones quidam in more poſitum habent, multa Scripturæ loca nominibus librorum & capitum numeris allegare, omiſſis tamen ipſis Scripturæ verbis. Qui labor non

faltem